

illo miraculo, sicut cæcus natus naturaliter videt, facta illuminatione miraculose. Ad Conf. ex eadem doctrina respondetur, illos actus, sive in nobis, sive in Daemonibus secundum se, & immediate esse ordinis naturalis, quamvis præsuppositivè sint supernaturales, illud autem secundum se esse supernaturale, quod ut producat secundum se, indiget concursu speciali, & indebitio, cuiusmodi sunt visio Dei, unio hypostatica, &c. Illud verò est præsuppositivè supernaturale, quod quidem ut fiat, debetur naturæ concursus generalis, sed tamen necessariò supponit aliquid, quod naturæ virtutibus fieri non potest, ut cognitio, quam Martha habebat de Lazaro resuscitato, & cuius resuscitatio utique sine miraculo facta non fuit, & speciali Dei concursu virtutes naturæ excedente, & tamen visio illius secundum se naturalis erat, & fieri poterat à quocumque cum solo concursu generali Dei; sic igitur in proposito reflexa cognitio, quam de actu supernaturali habemus, licet terminativè dici possit supernaturalis, quatenus ad actum talem terminatur, qui fieri nequit absque speciali Dei auxilio, in se tamen formaliter naturalis est, quia debetur naturæ intellectuali concursus Dei, ut possit supra suos actus reflecti, & idem patitur iterum dicendum de memoria Demonum de gratia amissa. Ad ultimum negant aliqui, visionem esse contra naturam intellectus, etiam lumine gloriæ perlaturo; potest tamen hoc concedi, & adhuc negari consequentia, de ratione enim formæ supernaturalis est, ut sit in debita natura secundum se, ac nudè accepta, & facta dispensatione, quæ de facto fit in intellectu creato per lumen gloriæ, merito cuius ponitur in eodem ordine supernaturali, in quo est forma recipienda; ut sic enim non sequitur prædicata contradictoria, quæ essent, si forma supernaturalis esset debita naturæ secundum se, & secundum eandem rationem esset debita, sed solum sequitur, quòd sit in debita independentè ab omni habitu supernaturali, & debita ex suppositione eiusdem.

ARTICULUS TERTIUS.

Objectiones speciales contra supernaturalitatem visionis.

73 Quintò specialiter obicitur, quòd visio beata non sit supernaturalis secundum substantiam, sed tantum secundum modum, ex fundamentò Durandi, illa operatio est naturalis secundum substantiam, quæ virtute naturali supernaturaliter nõ elevata produci potest, quòd enim secundum suam substantiam est supernaturalis, necessariò pendet ab agente aliquo supernaturaliter influente in illius substantiam; sed visio divinæ essentialitè potest produci ab agente naturali secundum proprias, & naturales vires absque ulla supernaturali influenza; ergo talis visio est naturalis secundum substantiam, quamvis annexam habeat aliquam supernaturalitatem quoad modum; probatur minor, quia divina essentialitè continetur sub objecto naturaliter intellectui creato æquato ex natura potentie; Deinde eodem nexu fundamentò id probat Scotus supra citatus, quia idem nequit de facto intellectus creatus divinam visionem attingere, quia nequit naturaliter facere Deum, sibi objectivè presentem, at si Deus seipsum illi manifestaret, absque ulla elevatione, & speciali auxilio propriis virtutibus divinam visionem eliceret cum solo generali Dei concursu; ergo divina visio est naturalis quoad substantiam, & tantum supernaturalis secundum modum. Rursus secundum Scotum habitus etiam supernaturalis non est simpliciter necessarius ad actus gloriosos, alioquin esset potentia non habitus; ergo poterit potentia sine quocumque habitu supernaturali elicere actus gloriosos, & ita non erunt secundum substantiam supernaturales. Præterea etiam de facto substantia visionis est à naturali virtute intellectiva, ut à causa principali, etenim intellectus etiam elevatus secundum suam naturalem virtutem influit in substantiam visionis, jam verò cuius substantia est à causa naturali, naturale est secundum substantiam, ergo, &c.

74 Respondetur negando minorem, ad cuius probationem inquit Doct. Deum contineri sub aequato objecto intellectus creati ex natura potentia; quoad naturalem inclinationem nõ quoad naturalem attingentiam. Ad 2. minor est valde dubia, nam aliqui contendunt, intellectum creatum, nisi fit supernaturaliter elevatus, vel per habitum, vel per speciale auxilium generis vicem habitus, nequaquam posse in Deum intelligibiliter ferri, etiam si demus, divinam essentialitè esse illi objectivè presentem, quia presentaretur secundum essendi modum ad huc altioris ordinis, quam ipse habeat, quando tamen non elevatur, sed quicquid modò sit de hoc, adhuc concessa minori, neganda est consequentia, quia ut constat ex dictis n. 64. ad concludendum, visionem Dei esse supernaturalem secundum substantiam, sufficit, quòd intellectus creatus non possit ex naturalibus suis presentiam objectivam eius sibi acquirere, neque eam possit habe-

re ex actione alicuius objecti, cum naturaliter moventis, quia non potest eam habere presentiam alicuius objecti finiti moventis, sed tantum essentialitè divinam, quæ nihil aliud à se causat naturaliter causatione; hac enim præcipue ratione probat Doctor 2. d. quæst. 9. D. n. deum visionem, imò & abstractivam Dei cognitionem distinctam per speciem impressam alicuius supernaturalis in entitate, seu substantia actus, ut vertit etiam Smith, d. 1. p. 6. quæst. 2. n. 39. quod adhuc evidentiùs constat ex iam dictis, illud enim dicitur supernaturale secundum substantiam, quòd secundum sui essentialitè dependet ab agente supernaturali, neque fieri potest virtutibus naturæ cum solo concursu generali Dei, ut constat ex dictis, & fatetur etiam ille Scotista controver. 23. notat. 1. definiens supernaturale secundum substantiam, & colligitur etiam ex Scoto 4. dist. 6. q. 10. L. & dist. 10. q. 8. ubi virtutes Theologicas absolute appellat entia supernaturales, non ob aliam rationem, nisi quia secundum suam essentialitè pendunt alicuius agente supernaturali, sed visio beata est huiusmodi ergo, &c. Tùm quia, si dicitur supernaturalis secundum modum tantum, non potest assignari, quænam sit circumstantia, quæ illam præcisè faciat supernaturalem secundum modum; nam si dicitur id esse, quia non potest ex naturalibus habere objectum beatificum, sibi sufficienter unitum in ratione objecti; jam ex objecto ponitur supernaturalis beata visio, & non ex circumstantia tantum, id autem est esse supernaturale secundum substantiam, & non tantum secundum modum. Ad 3. concedo, habitum supernaturalem non esse simpliciter necessarium, nec ad actus supernaturales vires, nec ad gloriosos patris, & posse potentiam sine elevatione per tales habitus facta illos actus elicere; est tamen semper necessaria aliqua elevatio, saltem facta per auxilium actuale, ut in proposito fateri debet elevati intellectus creatus, ut habeat Deum sibi sufficienter unitum in ratione objecti in quibuslibet, quòd ei non convenit in sua mera naturalitate inspecto, atque idem semper negatur consequentia. Ad ultimum concessa majori, distinguo minorem, cuius substantia est à causa naturali, seu propriis virtutibus inspecta, & nulla elevatione facta, concedo; quòd est ab ea secundum vires suas, non tamen nudè inspectas, sed aliquo modo elevatas, vel intrinsecè, vel extrinsecè, nego minori, libenter itaque admitto, substantiam visionis esse à virtute nativè intellectus creati etiam ut à causa principali, non tamen nudè, sed ut elevata lumine gloriæ, vel per modum habitus accepti, vel per modum auxilii actualis, vel saltem per liberam sui exhibitionem, quæ se se Deus unitur intellectui creato, intemè illi adfuitendo per modum objecti moventis potentiam, hac enim quæst. & esse extrinsecè quædam elevatio, quæ intellectum extraheret à suo statu merè naturali, & eueheret ad statum supernaturalem, faceret quodammodo illum eiusdem ordinis cum objecto, quòd sufficit, ut visio dicitur supernaturalis secundum substantiam.

Sextò arguitur expressis Scoti auctoritatibus, etenim quæst. 17. prolog. M. ait, naturale, & supernaturale esse conditiones per ordinem ad agens, & 4. d. 10. quæst. 8. G. ait, quòd naturale, & supernaturale nõ distinguuntur natura alicuius in se, sed tantum in comparatione ad aliud, & paulò infra probat, non posse dari ens supernaturale secundum substantiam, quia si daretur, esset perfectius ente naturali, & sic accidens supernaturale esset simpliciter perfectius substantia. Deinde 2. d. 2. q. 4. f. contra & 4. d. 49. quæst. 6. f. de secundo, appellat visionem Dei actum secundum substantiam naturalem, docet enim, quòd visio Dei includit actum naturalem. Rursus actus fidei, spei, & charitatis sunt actus secundum substantiam naturales, & supernaturales tantum secundum modum; ergo etiam visio Dei erit secundum modum supernaturalis, & secundum substantiam naturalis; consequentia deducitur à pari, nam actus in via sunt mede proportionata ad actus gloriosos; probatur antecedens ex Scot. quol. 17. per totum, & 1. d. 17. & 3. d. 23. q. un. antè F. & colligitur ex variis locis, in quibus docet, nullam esse necessitatem habituum supernaturalium ad fieri simpliciter actus supernaturales; ut in 3. d. 23. q. un. f. in ista quæstione, & 4. d. 45. q. 11. G. & alibi; tum etiam ratione, quia idem est objectum formale, & motivum actus naturalis, & supernaturalis, nequeunt physice, & essentialitè distingu. Deniq; secundum Scotum datur in nobis appetitus naturalis ad visionem; ergo hac non est supernaturalis secundum substantiam, sed naturalis; probatur consequentia, quia appetitus debet esse proportionatus cum sua forma, & debet ab ea specificari; tùm quia si datur in nobis inclinatio naturalis ad visionem, jam hac non erit supra exigentiam, & innatam animæ nostræ capacitem, in quo consistit ratio supernaturalitatis.

Respondet juxta dicta num. 56. Doctorem eum appellat naturalem, & supernaturalem conditiones per ordinem ad agens; loquitur de supernaturalitate formali, non autem radicali, quæ proprie constituit essentialitè rei, quatenus est exigitiva illius supernaturalitatis formalis, unde supernaturalitas illa fundamentalis est illud prædicatum intrinsecum, à ratione cuius effectus su-

super naturalis, secundum substantiam intrinsecè, & per se existit fieri ab agente supernaturali, ita quòd virtutibus naturæ nullo modo fieri potest, & est omnino supra exigentiam eius, & hoc supernaturalitas est de essentia, & substantia rei, quæ tamen nobis commodius explicari nequit, quam per ordinem ad agens supernaturale; unde ex hoc non bene inferitur, Scotum negasse esse secundum substantiam supernaturale, sed solum explicasse hoc per illud, quia alio modo commodius explicari non poterat, & eodem modo explicandus est Doctor, cum inquit, naturale, & supernaturale nõ distinguere naturam alicuius in se, sed tantum in comparatione ad aliud in 4. d. 19. q. 8. G. Neque ibi unquam etiam per umbram significavit, dari non posse ens supernaturale secundum substantiam, sed ut ibi notat Tatarus, voluit probare solum, supernaturalitatem rei non obstat contra naturalem eiusdem. De cognitionem, & quòd licet res sit supernaturalis, non propterea cognitionem naturalem subterfugiat, & probat in hunc modum; si supernaturale non posset naturaliter cognoscere, sequeretur etiam, quòd ens naturale non posset naturaliter cognosci, quòd evidenter patet, esse falsum; consequentiam probat, quia aliquod ens naturale, nempe substantia est perfectius accidenti supernaturali; ergo si intellectus non potest cognoscere, quòd est imperfectius, neque vires poterit habere cognoscendi id, quòd est perfectius. Dices, hanc rationem probare etiam, quòd nequeat dari ens supernaturale secundum substantiam, nam tale ens dicitur illud esse, quòd ob sui maximam perfectionem non potest poni in esse virtutibus naturæ cum solo concursu generali Dei; cum ergo natura possit producere substantiam, sequitur, illud accidens supernaturale in entitate perfectius esse simpliciter ipsa substantia, vel si natura potest substantiam producere, poterit etiam producere virtutibus propriis illud accidens, atque ita supernaturale non erit. Negatur assumptum, & ad probationem dico, illud accidens, supernaturale non posse à tota natura produci nõ ob aliquam sui perfectionem intrinsecam, ac entitativam, quam habeat supra substantiam, sed ob quandam aliam perfectionem extrinsecam contingendi nos Deo; ut alterius generis, quæ substantia convenit non potest, ut docet Scotus 3. d. 12. ad 2. primè q. ut dicitur in n. 61. Ad 2. locum Scoti ibi 2. d. 2. q. 4. vers. præterea secundo, non dicit absolute, visionem beatam esse actum secundum substantiam naturalem, sed ait, quòd necessariò includit, vel præsupponit actum naturalem, & hoc ponendo, Angelum habere aliquam productionem in actu suo beatifico, licet non possit ex se in totalem productionem actus beatifici; ait ergo, actum illum, in quoque producit partialiter à principio naturali, sicut ab intellectu Angelico, posse dici naturalem per comparationem ad tale principium, non tamen simpliciter, & absolute naturalem, quia non potest intellectus creatus in totalem productionem actus beatifici; hinc autè nõ sequitur, esse actum secundum substantiam naturalem, sed potius est contra esse secundum substantiam supernaturalem, quia postulat produci ab alio quoque principio supernaturali, & supernaturaliter agente, non enim est de agente entis supernaturalis secundum substantiam, quòd solum fit ab agente supernaturali, & nullo modo ab agente naturali, sed sufficit, quòd quando producit etia ab agente naturali, ita ab eo procedat, ut ad illius productionem exigat eorumque, quæ necessariò sit supernaturalis. Dices, habitus infusi, unio hypostatica, præsentia Eucharist. dicuntur entia supernaturalia secundum substantiam, quia à solo Deo immediate producuntur, nullo autem modo ab agente creato, neque simpliciter, neque instrumentaliter. Negatur assumptum, quia visio enim hæc ratione habitus infusi magis dici possunt supernaturales secundum substantiam, quam eorum actus, qui saltem partialiter dependunt à natura, atque idem in genere entis supernaturalis dari possunt naturaliter, tamen loquendo non fit à solo Deo, sed quod excedat vires naturæ, ac ejus exigentiam, sive à solo Deo fiat, sive etiam agens creatum elevatum interveniat ad ejus productionem partialiter, & in hoc præcipue consistit ratio supernaturalitatis secundum substantiam, non autem in eo, quòd fiat à solo Deo, nonnulla enim à solo Deo fit, quæ tamen entia supernaturalia non dicuntur, eo quia non sunt supra exigentiam naturæ, ut constat de anima rationali, Cœlestium qualitatibus, speciebus Angelicis, &c. neque etiam id dixit Scotus in alio loco 4. d. 49. q. 6. quòd si hoc innumeret, eodem modo esset explicandum, præterquam quòd dicunt aliqui Doctores ibi loqui ad hominem contra S. Thomam.

77 Ad 3. concedo antecedens, nam quoad Scot. probabilis est, actum naturalem credèdè, & Deum sapere omnia diligendi per se non differt in genere physico à supernaturali, atque idem esse supernaturales tantum secundum modum, dixi n. 63. sed neganda est adhuc consequentia, ratio verò, cur Deus Trinus possit credi per actum fidei, secundum substantiam naturalem, nõ tamè videri possit per visionem secundum substantiam naturalem, esse ibidem influat, quia implicat, Deum videri solis naturæ vici-

bus, ut colligitur ex Apost. 1. Thimoth. 4. ubi absolute docet, Deum habitare lucè inaccessibilem, quòd non videtur, solum intelligendū respectu creaturæ, quòd de facto sunt, sed etia respectu cuiuslibet possibilis, si enim aliqua esset possibilis, quæ suis virtutibus posset ad illam lucem accedere Deo intendo, hæc lux non esset absolute inaccessibilis, sed solum respectivè, sive comparatione creaturæ, quæ de facto sunt, nulli autè sequitur absurdū, si hoc asseratur de actu fidei respectu objecti supernaturalis, eum hæret. experiantur credere aliquid atque ab idem motivū, quòd conducit ad alienum fidei supernaturalis, quem habent fideles de omnibus art. neque oppositum deducitur ex proportionem, quæ debent habere actus viæ ad actus patriæ, nam, ut sapè inquit Doctor, proportio potius dissimilitudinem postulat inter proportionata quoad entitatem, quam similitudinem, ut patet de materia, & forma; quæ sufficit, ut inter actus viæ, & patriæ talis intercedat proportio, qualis reperitur inter meritum, & præmium. Ad ultimum negatur sequela, ad primam probationem dico pariter, opus nõ esse, quòd appetitus innatus proportionetur cum forma in ratione entis, sed inquantum est talis natura, ut sit ab illa perfectibilis, secundum quam rationem appetitus dicitur commensurari cum forma, unde corpus dicitur proportionatum cum anima forma spirituali, non quia est spirituale, sed quia hæc est perfectiva, & illud perfectibile; ad 2. probationem dico, quòd potentiam, vel actum specificari ab objecto non est accipere eadem prædicata, quæ habet objectum, nam visio albedinis non est digregativa visus, sicut est albedo, potentiam itaque specificari per actum, & actum per objectum, & appetitum à forma est appetitum ita se habere in ordine ad formam, ut illa non esset possibilis, neque potentia, aut appetitus possibilis esset, quemadmodum si nõ esset possibile objectum, neque potentiam, vel actus possibilis esset; totum autem hoc potest habere appetitus naturalis respectu visionis Dei, etiam si hæc sit supernaturalis; ad 3. probationem jam satis constat ex num. 70. & 71. qualis esset debeat exigentia, cuius excessus facit supernaturalitatem in actu, non enim sufficit qualis seque in inclinatione remota, sed esse debet exigentia proxima, ratione cuius res naturalis ita petat aliquam formam, sine illa naturaliter existere, & operari nequeat, & in hoc sensu tantum verum est, supernaturale esse id, quòd excedit vires naturæ, & eius exigentiam; unde quia gratia, vel visio Dei non est pars naturæ rationalis, neque illius passiva, ut condicio, sive dispositio necessariò requirit ad suam esse, vel naturale operari, idcirco non est debita in eo genere debiti, quòd naturalitatem inducit; nam debitum remotum formæ, quòd inducit inclinationem subiecti passiva ad illam, quatenus est cooperatio subiecti perfectibilis ad suam perfectivam, sive capacitas subiecti respectu formæ, quæ si illi inest, cogneretur loquitur Scot. 4. d. 12. quæst. 1. Q. non est contra rationem supernaturalitatis, unde in hoc sensu visio Dei potest dici debita nature intellectuali, quatenus illius est capax, non autem natura brutali, quæ fuit Doct. & in expressa August. loc. citat. de prædest. SS. & lib. 4. contra Julianum cap. 3. ubi licet neget debitum nature, & morale prædictum, hoc tamen genus debiti non negatur prædictis, dicitur, formam esse congruam tali subiecto, ita ut si debeat dari, tali nature sit danda, non lapidibus, pecoribus, aut lignis. Dices, tunc daretur potentia passiva naturalis absque activa correspondente contra Arist. 3. de anima 17. Ad hoc respondi jam disp. 6. de anima n. 149.

Septimò Visio beatifica secundum se petit fieri, & ab agente supernaturali, atque simul ab agente naturali; ergo non debet esse secundum substantiam supernaturalem potius, quam naturalem, sed saltem partim naturalem, & partim supernaturalem. Respondet juxta Scot. principia posse negari assumptum quoad secundam partem, quandoquidem posset beata visio totaliter à Deo produci in intellectu beato, merè passivè se habente in ordine ad talem productionem; Sed quicquid sit modò de antecedente, absolute neganda est consequentia, alioquin etiam argumtari liceret, intellectus per se dependet, & ab intellectu principali, & ab objecto, principio nõ vitali; ergo non magis erit vitalis, quam non vitalis, sed partim vitalis, & partim non vitalis; item cognitio intuitiva, quam habet Angelus de aliquo materiali objecto, per se dependet à principio spirituali, qui est in intellectu Angelico, & à principio materiali, scilicet ab objecto immediate in se presente in nostra præsertim sententia, cum sit actus intuitivus; ergo non potius erit spiritualis, quam materialis, sed partim spiritualis, partim materialis; rursus liber de peccato à potentia libera, & ad habitum principio naturali, non libero ergo non potius erit liber, quam non liber, sed partim liber, partim non liber, & sic discurrat posset in aliis multis, itaque notandum est ex dictis disp. 7. Phys. quæst. 1. quando dicitur causæ partialiter concurrunt ad eundem effectum, intermedium dici partiales, tam partialiter causas, quam partialitate effectus, & est, quando una causa producit unam partem effectus, & aliam, quo pacto duo artifices eandem navim fabricantes

dicuntur causae parciales tam partialitate causae quam partialitate effectus; iterum vero dicuntur parciales tantum partialitate causae, quatenus singulae sunt causae inadaequatae eiusdem effectus, licet qualiter sit totalitate effectus, quatenus unaquaeque ita influat in effectum, ut nulla pars possit assignari in effectum, in quam non influat, quo pacto duo trahentes navim dicuntur causae totales totalitate effectus; sicut ergo intellectio ab intellectu parva, & ab objecto dicitur vitalis simpliciter, & absolute non autem partim vitalis, partim non vitalis, quia totus ille actus est vitalis, & nullus gradus in eo potest assignari non vitalis, quia nulla pars in eo potest assignari in quam influat tantum objectum, & non intellectus, cum sint causae totales totalitate effectus, licet sint parciales partialitate causae, neque implicat, vivum esse in non vivo, tanquam a causa partiali, licet esse nequeat ab eo, ut causa totali, ut docet Scot. 1. d. 3. quaest. 7. sub P. ita quoque in proposito actus supernaturalis, licet nequeat esse totaliter a principio naturali, potest tamen esse ab eo partialiter, dummodo sit ab alio principio supernaturali, & cum eo supernaturaliter concurrente, hoc est supra vires naturae, & exigentia eius; adhuc totus ille actus supernaturalis est, non autem partim naturalis, partim supernaturalis, quia nulla pars assignari potest in eo, in quam non influat principium supernaturale, tum quia, ut diximus, non est de ratione actus supernaturalis, quod a solo principio supernaturali procedat, sed sufficit, quod, vel ab eo solo sit, vel a natura secum tamen concurrente alia causa supernaturali.

Dices, si ergo actus ille totus dici debet simpliciter, & absolute supernaturalis, quia nullus potest in eo gradus assignari, qui a principio naturali non attingatur; ita eadem ratione totus dici poterit naturalis, quia nullus gradus in eo est assignabilis, qui non sit a principio naturali, cum ambo illa principia sint causae totales totalitate effectus. Respondeo, quod sicut in intellectu, quamvis sit ab intellectu, ut a principio vitali, & ab objecto, ut a principio non vitali, totus actus absolute, & simpliciter dicitur vitalis, non autem non vitalis, quia non vitale dicitur predicatum negativum, & negatio apud Logicos est malignantis naturae, & totum destruit, quia pro omnibus distribuit, unde ut verè dicitur Petrus, non esse in Schola, requiritur, ut in nulla profusa parte sit huius Scholae; sic intellectio illa debet simpliciter dici vitalis, quia ad hoc, ut diceretur verè non vitalis, requiritur, ut a nullo profusa procederet principio vitali, ut verè dicitur simpliciter, & absolute vitalis, sufficit, ut ab uno procedat tantum principio vitali, sicut ut Petrus verè, & simpliciter dicitur esse in Schola, sufficit, quod in aliqua parte Scholae, non autem quod sit in omnibus; ita igitur in proposito esse naturale respectu supernaturalitatis se habet per modum praedicati negativi, nam differentia ignobilior dividens verum significat, quod non esse supra vires, & exigentiam, unde esse verè supernaturalis se habet, ut predicatum positivum, & idem significat, quod excedens vires naturae, & eius exigentiam; ita quoque ut hoc propositio simpliciter verificetur, visio Dei non est naturalis, deberet a solo principio naturali procedere, & excludere quodcumque principium supernaturale, quia ad hoc, ut verificetur in propositione praedicatum negativum requiritur, ut secundum omnem partem, & secundum omnem rationem subiecto non conveniat, & sic requireretur, ut visio diceretur naturalis, ut ex nulla parte excederet vires, & exigentiam naturae; ait ad hoc, ut visio beata dicatur simpliciter supernaturalis, non exigit, ut fiat a solo principio supernaturali, & quodcumque naturale excludat, sed sufficit, si ab altero producat, quod sit principium supernaturale, nam hoc praedicatum positivum supernaturale non exigit, ut appellet, omne principium debere esse in ordine supernaturali.

ARTICULUS QUARTUS.

Peculiare argumentum Scoti, a cuiusdam contra supernaturalitatem visionis examinatur.

Undamentum precipuum, quo movetur Scotista supradicta, sua controversia, ad hegandum, actus gloriosos, & beatificos esse secundum substantiam supernaturales, est, quia formae supernaturales secundum substantiam non educuntur de potentia subiecti, sed creantur apud Scotum 1. d. 57. quaest. 2. CC. & ad 1. q. 4. ab initio 2. d. 2. quaest. 8. & alibi frequenter; cum ergo actus beatifici educantur de potentia animae, sequitur, si supernaturalis non esse secundum substantiam. Confir. sicut se habet actus ad actum, ita habitus ad habitum, ergo sicut habitus supernaturalis, unde supernaturalis est secundum substantiam, natura in illum non potest, nec etiam ut principium partiale ex Scoto quolib. 4. lit. G. ita nec in actum, ita arguit controversia 2. 3. concl. 4. Hinc consequenter loquendo controversia 2. 6. notat. 2. ait, in eo praecipue distingui habitum supernatura-

lem a naturali, quia hic a solo Deo infunditur, & ab ipso solum in fieri, & in produci dependet, pro quo citat Scotum 3. d. 26. quaest. unic. F. & d. 23. quaest. unic. supra M. unde vult de ratione entis supernaturalis secundum substantiam esse; quod a solo Deo fiat, & producat per creationem, unde quia, de facto actus gloriosus, & beatifici non a solo Deo producantur per creationem, sed etiam ab intellectu, & voluntate creata, solum autem a Deo producantur per creationem habitus supernaturales, hinc tantum habitus ait, esse secundum substantiam supernaturales, non autem actus.

Et quoniam disp. 3. Phys. quaest. 5. art. 2. diximus, quod penetrando bene naturam educationis formarum, in quo consistat, & non superficialiter tantum, probabile est, non solum actus supernaturales, sed etiam habitus educi de potentia subiecti; & quod quamvis Scotus inclinaverit in oppositam partem, quod creantur, id tamen deterrere nos non debet, quia id potius tenent ob auctoritates Sanctorum, Scripturarum, & Scholasticarum antiquiorum, quam ob aliquam rationem cogentem, quia vera nulla talis ad effectum in ea contravenit. 2. d. 26. dicitur me fieri rati conclusiones; Prima est, gratiam non educi de potentia animae, sed immediate a solo Deo creati, & oppositum asserere non esse ad mentem Scoti; quod ibi pluribus locis ex Scoto productis demonstrat nititur, circa quorum examen an sint concludentes intentionem, nec hic examinare non curro, quia conclusionem illam quoad hanc partem posteriori contra me esse non pretendo, cum nunquam dixerim, gratiam educi de potentia animae esse de mente Scoti, imo oppositum ultro dicitur disp. 3. Phys. cit. n. 77. unde in hunc Scoti, replico, quod dixi contra Poncium in eodem proposito dis. 12. Metaph. quaest. 9. n. 292. opus non fuisse, ut adeo infudaret ad ostendendum, educationem habituum supernaturalem non esse de mente Doctoris, cum id ultro admiserim, dixi imus tamen, quod cum Doctor nunquam ex instituto probaverit creationem habituum supernaturalem, videtur, potius eam tenuisse solum esse suppositionem com munitioris sententiae, quam quod per fundatam rationem id asserendum putaret. Altera conclusio, quam contra me statui in eodem controversia 2. 6. est, quod secundum veritatem gratia immediate a Deo creatur, idem supponens, dicendum esse de aliis supernaturalibus habitibus. Quod hac ratione probat, si gratia non crearetur, sed potius de potentia animae educeretur, haberet virtualiter contentum in potentia ipsius animae, hoc autem repugnat perfectioni, & supernaturalitati gratiae, ergo, & c. probat minor, si gratia non est tantae perfectionis, ut in sua productione possit admittere concursum creaturae per modum subiecti, poterit pariter admittere concursum ipsius creaturae per modum causae efficientis, & ita non a solo Deo poterit educi de potentia materiae, verum etiam a creatura, quod etiam ipsi Adversarii negant, patet huiusmodi paritas, eo quia viliosus & imperfectior est concursus per modum subiecti, quam sit concursus per modum causae efficientis, quae de causa omnes fatentur, Deum non posse supplere concursum causae materialis in eodem genere, sed solum in genere efficientis causae; si ergo perfectior gratia non est tam altioris ordinis, ut admittat concursum viliosum, & imperfectiorem, eo magis admittet perfectiorem, minusque sit perfectioni repugnabit.

Nec valet dicere (inquit) non esse partem rationem de concursu subiecti, & de concursu causae efficientis, quia primus requiritur, quod quodcumque accidens naturae, quae accidens est, dependet, id est neque gratia huiusmodi concursum subterfugere potest, non requirit tamen concursum causae efficientis in creatura, cum in hoc genere solum Deum respiciat. Non valet (inquit) nam si accidenti ratione, quae accidens est, convenit fieri dependenter a subiecto, fieri cuiuscumque accidentis esset eiusdem generis, & rationis, & pariter ipsa accidentia, quia non haberent, unde distinguerentur, cum habeant idem obiectum formale, idem fieri secundum illos; ergo non apparebit, unde entitas v. g. gratiae sit supernaturalis, & entitas albedinis sit naturalis; Imo hoc stante possemus etiam affirmare, gratiam non fieri a solo Deo in genere causae efficientis: ut ipsi dicunt, sed etiam a creatura, cum fieri gratiae sit eiusdem generis, & ita dependenter a subiecto, sicut quodlibet aliud accidens, quia fieri dependenter a subiecto est intra sphaeram modi agendi virtutis creatae; & licet de facto non detur agens creatum potens gratiam extrahere a subiecto, cum tamen continetur a quoque in potentia subiecti, sicut quodcumque aliud accidens non repugnabit saltem de potentia Dei absolute huiusmodi agens creatum. Insuper si fieri dependenter a subiecto competeret omnibus accidentibus cuiuscumque ordinis, & conditionis, competeret etiam ipsi fieri dependenter a causa secunda in genere causae efficientis, quod nec ipsi Adversarii admittunt, patet sequela, quia si hoc sibi repugnat, certe aliunde non proveniret, nisi ob sui perfectionem; quomodo autem perfectio alicuius effectus, sive entitatis potest admittere ad suum fieri concursum dicentem maiorem imperfectionem.

tionem, sicut est concursus in genere causae materialis, & potest ab eadem perfectio nem recitare concursum, nullam dicentem imperfectionem, vel saltem non tantam, hoc enim videtur rationi, & veritati repugnare, quia non videtur concurrens perfectioni alicuius repugnare perfecti, & convenire imperfecti; cum ergo perfectior gratia sit, ut requirit altiorum modum fieri ab aliis accidentibus naturalibus in ordine causae efficientis, etiam fecundum Adversarios, & competat a solo Deo fieri, debet pariter habere altiorum modum in ordine; & in genere causae materialis, praesupponendo scilicet tantum subiectum in quo, non verò subiectum, ex quo educatur. Hec est ratio per extensum adducta ab hoc auctore, quam volui ad verbum penetrare, ut Lector iudicare possit, an verum eius sensum penetraverim, cum frequenter sit valde implexus in suis conceptibus exprimens.

Ceterum, quod praesenscindo a mente Scoti, & auctoritatibus, & insistentio rationi valde sit probabile, formas omnes supernaturales, etiam habitus ipsos de potentia animae educi, & absque ullo suo supernaturalitatis detrimento, ostendi sufficere disp. 3. Phys. 4. 5. art. 2. quod etiam defendi ab impugnationibus Poncii disp. 12. Met. q. 9. & rursus nunc demonstro elidendo solutiones huius Auctoris, quas adferit nostris rationibus contra solum secundum conclusionem adductis, licet non sub eadem omnino forma, quae a nobis uteretur loc. cit. neque omnes adducat, sed quas ipse putavit facilliores; Una ratio erat, quia omnis forma accidentalis ex sua ratione generica petit suapte natura fieri, & conservari dependenter a subiecto; sed gratia, & alii habitus supernaturales sunt formae accidentales, ergo cum unumquodque regulariter fiat, sicut natura sua postulat, & aptum est fieri, gratia fiet dependenter a subiecto, sicut & dependenter ab ipso de facto conservatur. Respondet, non esse partem rationem de esse, & conservari gratiae, & de fieri eiusdem, etenim quod gratia conservetur dependenter a subiecto, & ab illo dependenter operetur, hoc sequitur absolutum gratiam, tanquam passio generica, & naturam accidentis, ut sic; fieri verò ipsius gratiae insequitur natura talis accidentis, & habet cum gratia sit aliud accidens a naturali, debet necessitate habere aliud fieri; Et quia id confirmamus ibidem ex anima rationali, quae dicitur creati, quia suapte natura est forma subsistentis, & exemplum non urget, quia cum anima sit forma omnino supernaturalis, & substantialis, hinc est, quod sit independenter a corpore, & ita etiam conservatur, quod non contingit de accidente supernaturali, nisi quoad fieri, unde non est eadem omnino paritas de anima rationali, & de accidente supernaturali.

Hec responsio est absque ullo fundamento, & ex solo cerebro data, & contra plura principia Philosophiae, praesertim Scotiae; primo quidem, quia principium Philosophiae est ab omnibus fieri receptum, etiam extra scholam Scotiae, & omnino actionem esse, quia agens productum, & conservat effectum in esse, ut ostendi disp. 7. Phys. 3. art. 3. n. 4. ex 2. Scoto 2. d. 2. qu. 1. lit. E. 4. d. 12. quaest. 2. R. & quol. 12. art. 1. ergo quando effectus ab eodem agente producit, & conservatur, ut est in proposito de gratia, eadem est actio, quae producit, & conservatur, ac proinde si ut conservativa a subiecto dependet, etiam ut productiva dependebit; Hinc Poncius magis consequenter loquens in sua append. apolog. n. 182. inquit, quod sicut gratia in primo instanti creatur, ita quoque pro aliis instantibus in anima conservatur creativa absque dependentia a subiecto, non obstant, quod non sit forma subsistentis, licet haec quoque responsio à nobis reiciatur disp. 12. Met. q. 9. n. 88. ergo responsio illius Auctoris exorbitat à principis Scotiae, & aliorum Scottitarum, cum quibus defendit creationem gratiae, & aliorum habituum supernaturalem. Tum quia mere voluntarie dicitur, quod conservari dependenter a subiecto sequitur absolutum gratiam, tanquam passio generica sequens naturam accidentis, ut sic, & non etiam sic dependenter fieri, nam id quoque convenit naturae accidentis, ut sic, praesertim si fieri, & conservari eandem dependentiam impotent, ut modo diximus & differre tantum per connotata rationis, scilicet per respectum ad non esse immediate praecedens, & ad esse prehabitu, ut disp. 7. Phys. cit. n. 46. didimus est. Tum quia si fieri independenter a subiecto sequitur naturam specificam talis accidentis, scilicet gratiae, cum alioquin fieri, & conservari dependenter a subiecto sit passio generica accidentis, ut sic, sequitur, differentia specificam gratiae, accidenti supernaturali constitutivam naturam accidentis, & ita itaque ad argumentum ex Scoto 2. d. 1. q. 6. §. Dico tunc, etiam dato, quod sit eadem aptitudo ad dependendum a subiecto in conservari, in absoluto gratiae, & in absoluto alterius accidentis naturalis, non sequitur tamen, quod sit eadem entitas huius & illius, quia possunt continentia differre specie, vel genere, non tamen contenta veluti passiones entis continentur per identitatem in entibus, quantumcumque distinctis, licet passiones in illis non distinguantur specie; ita quoque argumentum est potius contra Adversarios ponentes, gratiam fieri dependenter a subiecto hac praecipua ratione,

independentiam e subiecto in genere materialis causae, sed potius variam dependentiam in genere causae efficientis, ut supra dictum est de mente Doctoris.

Deinde adhuc magis ridiculum est, quod ait ad exemplum 85 de anima rationali; etenim quando unquam in Scholis Philosophorum ac Theologorum auditum est, animam rationalem esse omnino formam supernaturalem, quamvis a solo Deo producat per creationem, adhuc tamen forma naturalis est, quia ad eam natura disponit producendo corpus organicum, & idè dicitur miraculose conferri, ut docet Scotus coepris verbis 3. d. 24. q. m. C. ex quo patet, falsum esse, quod sepe ait Auctor ille loc. cit. essentiam entis supernaturalis secundum substantiam consistere in hoc, quod aliquid ob suam perfectionem petat a solo Deo fieri per creationem, nam hoc totum convenit animae, & nihilominus non est forma supernaturalis, sed mere naturalis. Et rursus quod id refert, quod anima rationalis sit forma substantialis, ut dicitur fieri, & conservari independenter a corpore, inquit, forte alia quoque forma substantiales animae inferiores sic sunt, & conservantur, nempe independenter a subiecto, quia substantiales sunt ergo falsum est, animam rationalem esse independentem a corpore tum quoad fieri, tum quoad conservari, quia sit forma omnino supernaturalis, & substantialis, ut ait Auctor ille, nam falsum est, esse formam supernaturalem, & falsum est, formam supernaturalem, sic esse debere omnino a subiecto independentem, & alie formae animae inferiores sunt substantiales, & adhuc in fieri, & conservari a subiecto dependentes. Praeterea haec solutio manifeste repugnat Scoto, etiam ab ipso adducto in prima conclusione 2. d. 37. qu. 4. ubi ait, quod gratia est a solo Deo per creationem, & ab eo solo conservatur, & quod deservit annihilatio, quia cuius procreatio est creatio, eius deservit annihilatio; si ergo Scotus inquit, quod ponendo, gratiam a solo Deo creati, debet consequi quod ponat ab eo conservari, ex quo tadem etiam necessitate sequitur, quod eius destructio sit annihilatio, quia licet desinat in subiecto, non tamè definit in subiecto sustentante, & conservare, male igitur Auctor ille ait, gratiam fieri independenter a subiecto, conservari tamen dependentem ab eo; & adhuc peius in immediate post ea solutionem respondens ad primam replicam contra eam, quae erat quod gratia non habet aliud desinare a forma naturali, quia desinit in subiecto, veluti forma materialis, peius, inquam, respondet adhuc, desinare per annihilationem, sicut per creationem inceptum nam cuius inceptio est creatio, eius deservit esse annihilatio, ait Doctor loc. cit. Quonia Scotus ibi idè ait, gratiam desinare in anima per annihilationem, quia supponit, quod illa conservaretur in anima a solo Deo, & omnino independenter a subiecto, cum solum habeat rationem receptivam, non verò subiecti sustentativam, ut constat ex verbis Doctoris relatis; cum ergo Auctor ille dicat, gratiam ab anima pendere, & conservari in esse, licet fiat independenter ab ea, consequenter asserere debet, eius destinationem in subiecto esse corruptionem, & non puram annihilationem, quia non desinit in subiecto, ut mere receptivo, & in quo sed etiam sustentativo, & ex quo, non ergo loquitur consequenter, etenim Doctor docet, quod tenendo, gratiam esse a solo Deo per creationem, tenendo etiam esse consequenter, ab eo solo conservari, non concurrente subiecto per materiam influxum, ac denique eius destinationem in anima esse annihilationem.

Confirmatur nostra ratio principalis per aliud argumentum, quod Auctor ille adducit contra suam primam conclusionem, nec bene solvit, ex Scoto q. 4. Prolog. infra C. & GG. quando alicui inest aliqua aptitudo, quae alteri repugnat, non potest illi inesse, nisi per aliquod absolutum, quod sit alterius rationis ab absoluto illius, cui repugnat talis aptitudo; hoc patet, quia si essent eisdem rationis aptitudo illa non competeret uni, & repugnando postea alteri; sed aptitudo ad dependendum a subiecto in conservari aequè inest ab absoluto gratiae, ac inest ab absoluto alterius accidentis, ergo etiam dependentia in fieri, & ita aequè fiet dependentia a subiecto, sicut quodlibet aliud accidens. Hanc consequentiam Auctor ille non probat, sed ex dictis facile probatur, quia fieri, & conservari omnino eandem important dependentiam. Respondet illis, ipsos Adversarios etiam teneri huius argumento satisfacere, nam etiam probat, esse omnino eisdem rationis absolutum gratiae cum absoluto alterius accidentis, & ita fiet et creatura in genere causae efficientis, sicut quodlibet aliud accidens, & constat, absolutum gratiae esse alterius, & perfectioris ordinis ab accidente naturali; ait itaque ad argumentum ex Scoto 2. d. 1. q. 6. §. Dico tunc, etiam dato, quod sit eadem aptitudo ad dependendum a subiecto in conservari, in absoluto gratiae, & in absoluto alterius accidentis naturalis, non sequitur tamen, quod sit eadem entitas huius & illius, quia possunt continentia differre specie, vel genere, non tamen contenta veluti passiones entis continentur per identitatem in entibus, quantumcumque distinctis, licet passiones in illis non distinguantur specie; ita quoque argumentum est potius contra Adversarios ponentes, gratiam fieri dependenter a subiecto hac praecipua ratione,

ratione, quia scilicet in conservari dependet a subiecto, unde ex hac aptitudine, & conservacione non valet inferre, esse idem absolutum gratia, vel fieri ejusdem cum absoluto, & fieri alterius accidentis, nam stare potest, quod sit eadem dependentia ad subiectum, quoad conservari in absoluto gratia, & in absoluto alterius accidentis naturalis; cum hoc tamen fiat diversitas illorum absolutorum, quae diversitas non fiat, admittendo, gratiam, & cetera accidentia habere idem omnino fieri dependentem a subiecto, quia huiusmodi fieri facit, vel saltem supponit necessario identitatem in illis absolutis.

87 Sed in primis falsum est, nos quoque teneri huic argumento satisfacere, nam probat quidem argumentum, absolutum gratia esse ejusdem omnino rationis generica cum absoluto alterius accidentis etiam naturalis, non tamen probat, esse ejusdem rationis specificae, atque ideo fieri debere a creatura in genere, etiam cause efficientis, sicut quodlibet aliud accidens, sed tantum in genere cause materialis, quod non impedit, gratiam esse adhuc alterius, & perfectioris ordinis accidentis naturalis, quia cum hoc fiat adhuc, quod petat a solo Deo fieri speciali concursu, & praeter, vel supra existentiis naturae, in quo praecipue ex Scoto consistit ratio supernaturalitatis. Neque responso sua satisfacit argumento, quia si est eadem aptitudo ad dependendum a subiecto in conservari, sequitur plane, esse quoque eandem dependentiam in fieri, si fieri, & conservari eandem realiter important dependentiam; & hoc est, quod praecise probare intendit argumentum, quod si est eadem dependentia generica tantum accidentis supernaturalis, quam naturalis ad conservari dependentem a subiecto, erit quoque eadem dependentia generica quoad fieri, non autem probate intendit, quod sit absolute, & specificae eadem entitatis huius, & illius, unde nihil omnino facit ad rem doctrina illa, quae assertur ex Scoto 2. d. quaest. 6. quod possunt continentia differre specie, vel genere, non tamen contenta, quod explicat exemplo passionum entis; Denique falsum est, quod additur in fine solutionis, quod admittit dependentia a subiecto ejusdem rationis genericae in gratia, & aliis accidentibus naturalibus, salvati nequeat diversitas specificae illorum, quia huiusmodi fieri facit, vel saltem supponit necessario identitatem in illis absolutis; hoc (inquam) falso additur, quia ex hac consimili dependentia in fieri illorum accidentium a subiecto, inferitur solum identitas generica inter illa nempe in ratione accidentis, ut sic, non autem identitas specificae, quia cum consimili dependentia a subiecto in fieri, & conservari fiat dissimilis dependentia a causa efficiente, quatenus unum fieri potest in suo proportionali subiecto, & ab eo educi ab agente creato cum solo concursu generali Dei; aliud vero nempe accidens naturale non sic fieri potest, sed petit, vel a solo Deo fieri, & educi, supra existentiam naturae, ut evenit in habitibus, vel etiam a creatura, sed cum speciali Dei auxilio, & omnino indebito, ut evenit in actibus supernaturalibus.

88 Denique probari etiam potest assertio nostra per ultimam replicationem, quam facit Auctor ille contra secundam conclusionem suam, quae ab eo non bene solvitur, & est haec; si gratia esset independens ab anima in fieri, & in corrupti, hoc maxime esset propter suam perfectionem, & supernaturalitatem; sed haec ratio nihil officit; ergo sic, probatur minor, ex Scoto 4. d. 49. qu. 2. BB. & FF. quia actus beatitudinis est simpliciter perfectior habitu supernaturali, quia actus est causa totalis habitus, actum esse perfectiorem ipso habitu, non sequitur tamen, habitum supernaturalem educi de potentia animae, veluti actus beatitudinis; quia actus ille non est secundum substantiam supernaturalem, ut dictum est propter controversias, gratia vero est secundum substantiam supernaturalem, ideo petit tantum creati, & a solo Deo fieri, & licet actus sit perfectior habitu supernaturali, hoc nihil officit, quia est perfectio alterius generis a perfectione habitus, neque ex perfectione gratiae absolute loquendo deducitur, ipsam creati; sed ex perfectione in tali genere, scilicet in genere habituum; est enim perfectior quolibet minima substantia etiam formica ipsa gratia, nec tamen formica petit educi, & fieri a solo Deo, veluti gratia, etiam secundum Adversarios, est ergo perfectio in tali genere, & supernaturalitas, quae est in causa, ut gratia non educatur.

89 Verum in hac solutione manifeste principium perit, quia pro ratione disparitatis adducitur id, quod est in controversia, & vitiosus committitur circulus probando uno per aliud aequum ignotum, & contra; quod sic evidenter ostendo, argumentum est, quod si gratia esset independens ab anima in fieri, tantum a subiecto, hoc potissimum esset propter suam perfectionem supernaturalem; sed hoc non obstat, quia in tali perfectionis genere actus est simpliciter perfectior habitu supernaturali, ergo, sic, Negat minorem respondens, & ad probationem ait, quod licet actus sit perfectior habitu, tamen habi-

tus supernaturalis non educitur de potentia animae, sicut actus, beatitudinis, quia actus ille non est secundum substantiam supernaturalem, ut dictum est propter controversias; At hoc est, quod argumentum probat, actum esse secundum substantiam supernaturalem, quia nobilior, & perfectior est habitu in eodem ordine perfectionis supernaturalis; & tamen educitur ab anima, non ob stante supernaturalitate secundum substantiam, ergo idem erit de habitu; Deinde legatur contrarium, 23. ibi ait, actus gloriosus non est secundum substantiam supernaturalem, quia educuntur de potentia subiecti, ita habet conclus. 4. hic vero ait, actum beatitudinis educi de potentia subiecti, non sic habitum supernaturalem, quia actus ille non est secundum substantiam supernaturalem, ecce circulus probans unum per alterum, & contra aequum ignotum. Rursus inquit, gratiam ideo petere tantum a Deo solo fieri, & creati, quia est secundum substantiam supernaturalem, & ab initio controversiae notat, 2. inquit, habitum supernaturalem ideo a naturali distingui quia a solo Deo infunditur, & ab ipso solum in fieri, & produci dependet, ecce rursus circulus probans unum per alterum, & contra; Tandem cum inquit, ex perfectione gratiae absolute loquendo non deduci ipsam creati, quoniam absolute loquendo perfectior est quilibet minima substantia, quam ipsi gratia, sed deduci ex perfectione in tali genere, scilicet in genere habitus supernaturalis; Hoc solum probat, quod diximus n. 76. non petere gratiam a solo Deo produci ob aliquam perfectionem sibi intrinsecam, ac entitativam in genere entis, nam sic formica est perfectior ipsa gratia, quae est accidens, sed sed ob perfectionem extrinsecam coniungendi nos Deo, tantum sibi ultimo, quod substantia convenit non potest, ut Scotus docet 3. d. 13. ad 2. prime quaest. verum ex hoc ordine ad supernaturalem finem obiectivum proxime sumitur supernaturalitas, tam ad actum, quam habitum, & ex illo ulterius fit, ut ad huiusmodi actus, & habitus non sit sufficientis potentia productiva in ordine naturae; & insuper in hac perfectione supernaturali coniungendi nos Deo actus super excellit habitum, quoniam actus coniungit nos immediate Deo formaliter, ut ultimo fini obiectivo supernaturali, habitus autem coniungit effectivè tantum, ac veluti mediante actu; ergo cum in ordine entis supernaturalis perfectior sit actus in sua specie, quam habitus in sua; si supernaturalis actus non obstat, quin fiat dependenter a subiecto in genere cause materialis, tanto minus obstat in habitu.

Dices, quod quamvis loquendo de supernaturalitate obiectiva, quae oritur ex relatione immediate attingentiae Dei in ratione finis supernaturalis, & a quibusdam appellatur Theologica, quia per se attingit ad ordinem gratiae, & gloriae, actus sunt magis supernaturales habitibus, quia immediatius per ipsos Deum attingimus, tamen loquendo de supernaturalitate effectiva, quae oritur ex ratione specialis efficientiae, & a quibusdam dicitur Philosophica (de qua duplici supernaturalitate dictum est n. 61. & 62.) habitus sunt supernaturales actibus, quia a solo Deo efficiuntur, nullo interveniente concursu effectivo cause secundae. Respondeo, licet ex hoc capite possit concedi, habitus esse supernaturales actibus, hic tamen inferre non liceat, quod soli habitus sint supernaturales secundum substantiam, non vero actus, ratio est, quam diximus n. 76. in fine, quia absolute loquendo non est de ratione entis supernaturalis secundum substantiam, quod sit a solo Deo, sed quod vires naturae excedat, ac eius exigentiam, sive a solo Deo fiat, sive etiam ab agente creato cum speciali concursu Dei, ac aliis indebito, etenim nonnulla a solo Deo sunt, quae tamen entia supernaturalia dicuntur, eo quia non sunt supra existentiam naturae, ut constat de anima rationali, Caelorum qualitatibus secundum supra cit. 2. d. 3. q. C. & specibus Angelicis secundum Thomistas.

Fundamentum illius Auctoris possum n. 81. quo probate contendit, gratiam immediate a Deo produci per creationem, & non per educationem de potentia animae, potest in primis negari illa maior, si gratia non crearetur, sed potius de potentia animae educeretur, haberet contineri virtutaliter in potentia ipsius animae, quoniam coactiva virtualis propria est cause efficientis, cui tribuitur virtus activa, atque ideo effectus dicitur in ejus activa potentia virtualiter contineri, formae vero educibiles non dicitur virtualiter in materia contineri, cum nulla est adscribitur activa virtus, sed dicuntur contineri potentialiter, non solum quoad recipi, nam sic etiam anima rationalis dicitur contineri in potentia materiae, sed etiam quoad sustentari, quo pacto sola forma educibilis dicitur contineri in potentia materiae, quatenus illa necessario indiget i suo esse, fieri, & conservari, ita nequeat fieri, & existere conaturaliter, nisi in ea dependenter ab ea, quod esse educit, vel educibilem de potentia materiae, ut dixi dist. 12. Met. n. 94. Deinde quocumque sit de majori, negatur minor, ad ejus probationem, quae in eo fit, quod si gratia non est tunc perfectioris nec tunc altioris ordinis, ut admittat, vel admittere possit concursus creaturae per modum subiecti, qui est aliorum vilior, & imperfectior; ergo

ergo patenter admittit, vel admittere poterit concursum ipsius creaturae per modum cause efficientis, qui est perfectior, & ita non a solo Deo poterit educi de potentia materiae, verum etiam a creatura; consequentia patet, quomodo enim perfectio alicuius effectus, five entitatis potest admittere ad suum fieri concursus, ceterum magis est imperfectio, veluti est concursus in genere cause materialis, & postea ob talem perfectionem recusat concursum nullum dicentem imperfectioem, sed potius perfectionis, qualis est concursus in genere cause efficientis? Antequam respondeat, placeat prius in hoc argumento notare improbitatem, vel potius perversitatem loquendi, quando enim in antecedente dicit, si gratia non est tunc perfectior, vel non tam altioris ordinis, ut admittat concursum per modum subiecti, etc. conceptus, quem vult exprimit esse hic, quod si perfectio gratiae non est tanta, ut ex vi sui perfectionis excludat in suo fieri concursum per modum subiecti, tanto magis ex vi eius non excludit concursum in genere cause efficientis ex parte creaturae; sed ad hunc conceptum exprimum non confert verbum, admittit, cum potius faciat sensum contrarium, sed uti debet opposito verbo, excludere, formando sic propositionem, si gratia non est tunc perfectior, ut in sua productione excludat, vel excludere possit concursum creaturae per modum subiecti, etc. vel si vocabulum, admittit volebat adhibere, sic propositionem assumptam efformare debebat, ut suum conceptum exprimeret, si perfectio gratiae non obstat, quin in sua productione admittat concursum creaturae per modum subiecti, tanto minus obstat, quin etiam admittat, vel etiam admittere possit per modum cause efficientis, ac dicere, si gratia non est tunc perfectior, ut admittat, vel admittere possit concursum per modum subiecti, etc. vel propositio, vel nullum faciens sensum, vel omnino contrarium est, quem arguis intendi exprimit; sed quicquid sit de hac improprietate loquendi.

95 Respondeo primo adducendo instantiam, & probando per idem argumentum, animam rationalem produci debere ab agente naturali, & ex potentia materiae educi, primum sic probat, si anima rationalis non est tunc perfectior, ut excludat ex parte creaturae causam, ultimo dispositivam ad eius introductionem, & infusionem, ergo patitur non excludit ex parte creaturae causam effectivam, immediate attingentem eius substantiam, & ita non a solo Deo producat, sed etiam a creatura; consequentia probatur, quia vilior, & imperfectior est concursus, per modum cause dispositivae, quam sit concursus per modum cause principalis, directae substantiam effectus attingentis, quomodo autem potest perfectio alicuius effectus admittere ad suum fieri concursus, dicentem maiorem imperfectioem, ut est concursus in genere cause dispositivae, & postea ob talem perfectionem recusat concursum, dicentem perfectionem maiorem, qualis est concursus per modum cause efficientis principalis: Item probat per idem argumentum 2. animam rationalem educi debere de potentia materiae, & postea etiam adhibere ad probandum, gratiam educi de potentia animae, retorquendo argumentum in propositum, si anima rationalis non est tunc perfectior, ut excludat in sua productione subiectum, in quo patitur non excludit subiectum, ex quo educatur, probatur pariter, quia vilior, & imperfectior est concursus per modum subiecti, in quo, quia essentialiter includit imperfectioem potentialitatis passivae in recipiendo ex parte subiecti, quam non includit concursus per modum subiecti, ex quo in ratione sustentantis, quia haec ratio sustentationis, ut sic, nullam imperfectioem necessario ponit in eo, sed tantum prioritatem naturalem, & sustentationem respectu formae, quae doctrina est expressa Scoti 3. d. 1. qu. 1. §. de primo dicto. Sicut ergo hoc argumentum non concludit de anima rationali, nam diceretur utique, perfectioem anime non excludere causam dispositivam ex parte creaturae, bene tamen excludere causam effectivam principalem; & patitur quamvis ex sua perfectione non excludat ex parte creaturae concursum per modum subiecti, in quo, excludit tamen ex sua natura concursum per modum subiecti, ex quo, ita servata proportione dicendum est in proposito, quod perfectio, & supernaturalitas gratiae utique non obstat, quin in sua productione admittat concursum creaturae in genere materialis cause, obstat tamen, quod non admittat, vel admittere possit per modum cause efficientis, sicut dicebamus de anima rationali; Cum autem dicebatur, vilior, & imperfectior est concursus per modum subiecti, quam sit concursus per modum cause efficientis, quomodo autem potest perfectio gratiae admittit concursum creaturae imperfectiorem in sua productione, & recusat perfectiorem? Hic detegitur tota arguentis deceptio, quia perfectio, vel imperfectio concursus per modum cause efficientis, vel minoris perfectionem in causa, non in effectu; imo major concursus ex parte cause ponit maiorem dependentiam in effectu, atque ideo maiorem imperfectioem in ratione dependentiae, & effectus, quo magis est dependens, est imperfectior ceteris paribus, & quo minus dependens, est perfectior; ut ergo fallacia arguentis detegatur, commutemus

vocem concursus, qui se tenet ex parte cause, in vocem dependentiae, quae se tenet ex parte effectus, & argumentum sic efformetur, si gratia non est tante perfectioris, ut excludat dependentiam in suo fieri a creatura, in genere cause materialis, patitur non excludit dependentiam ab ea, in genere cause efficientis, probatur consequentia, quia minor est dependentia effectus ab eo, quod concursus ad ejus productionem, in genere cause materialis, & maior est dependentia ab eo, quod concursus ad ipsi in genere efficientis cause, quia influxus in genere cause efficientis est major absolute loquendo, quam influxus in genere cause materialis, cum causa efficiens sit principior alius causis in modo cauandi physico, & reali. Si argumentum, inquam, sic efformetur, statim apparet, negandam esse consequentiam cum ejus probatione, quoniam argumentum sic efformatum non solum non procedit a minori ad majus, ut arguis pretendebat, sed omnino procedit a majori ad minus, nam major dependentia vice inferit, vel saltem non excludit minorem, adeo ut arguere liceat, hic effectus a creatura dependet in genere cause efficientis, ergo etiam dependere potest ab ea in genere cause materialis; at minor dependentia non inferit maiorem, & ideo non valet arguere, hic effectus a creatura dependet in genere cause materialis, ergo etiam ab ea dependere potest in genere cause efficientis; Patet ergo, quomodo perfectio gratiae non obstat, quin a creatura predeat in genere cause materialis, obstat tamen, quin ab ea dependeat in genere cause efficientis, quoniam major dependentia in effectu ceteris paribus ponit maiorem imperfectioem, major autem est dependentia effectus a causa efficiente, quam a causa materiali praesertim extrinseca, ideoque perfectio gratiae magis prejudicet dependentiae a creatura in genere cause efficientis, quam modo prejudicet dependentiae in genere cause materialis tantum.

Potest etiam admitti responsum, quomodo ipse arguis asserti inter argumentanda, non esse patem rationem de concursu subiecti, & de concursu cause efficientis, quia primus requiritur a quolibet accidente ea ratione, quia accidens est, ideoque inquit gratia illum subterfugere, non tamen requirit concursum cause efficientis creaturae, cum in hoc genere solum Deum respiciat. Ad primam impugnationem, cum dicit, hinc sequitur, quia effectus, accedens esse ejusdem generis, & rationis, & patitur ipsa accidentia, quia non habent, unde distinguantur, & ita non habent ultimam consequentiam, quia licet accidens naturale, & supernaturale non distinguantur penes fieri dependentem a subiecto, cum hec sit ratio generica omnibus conveniens, ut accidentia sunt, distinguantur tamen specificè penes varias dependentiam, in genere cause efficientis, quatenus accidens naturale produci potest vitibus naturae cum solo concursu generali Dei, non sic accidens supernaturale; Ad 2. impugnationem, quod possemus etiam affirmare, gratia non fieri a solo Deo in genere causa efficientis, cum fieri gratiae sit ejusdem generis, & ita dependet a subiecto, sicut quodlibet aliud accidens; negatur consequentia, nam ad hoc non sufficit, fieri gratiae esse ejusdem generis cum fieri aliorum accidentium, quantum ad dependentiam a subiecto, sed habet etiam esse ejusdem speciei. Ad ultimam impugnationem patet, ex dictis ad argumentum principalem, quod rursus recidit illa impugnatio; Cum tandem concluditur, quod cum perfectio gratiae sit tanta, ut requirat aliorum, modum sui fieri ab aliis accidentibus naturalibus, in ordine cause efficientis, debet pariter habere aliorum modum in ordine, & in genere cause materialis, praesupponendo scilicet tantum subiectum in quo, non vero subiectum, ex quo educatur; Negatur paritas, quia cum sit accidens, subterfugere nequit causalitate in genere cause materialis, & ad ejus supernaturalitatem secundum substantiam, sufficit, quod petat a solo Deo produci in genere efficientis cause, supra existentiam naturae; imo, ut supra dictum est, potest suum argumentum principale retorqueri ad probandum, quod si ejus perfectio non obstat, quin praesupponat subiectum in quo, tanto minus obstat, quin praesupponat subiectum, ex quo, quia concursus per modum subiecti, ex quo minore dicitur imperfectioem, quam concursus per modum subiecti, in quo, ut dictum est ex Scoto 3. d. 1. qu. 1. unde si istum admittit, etiam illum admittit potest; plura dixi circa hoc argumentum, non quia aliquam contineat difficultatem, sed quia maxime continet confusionem.

Postremo ad argumentum positum n. 80. ad initium articuli, quo Auctor ille probabat, visionem beatam non esse accidens supernaturale secundum substantiam, constat ex dictis, praescindendo modo ab intentione Doctoris, non repugnare formis supernaturalibus educatione de potentia subiecti, neque supernaturalitatem secundum substantiam consistere in hoc, quod res sit supernaturalis a solo Deo producat, per creationem, quia anima rationalis ita a solo Deo producat, & tamen adhuc est forma mere naturalis, sed consistere in hoc, quod res sit supernaturalis nequeat attingi viribus naturae; sed vel a solo Deo produci perit vel saltem cum speciali eius auxilio aliis indebito, & supra existentiam naturae. Ad Conf. negatur paritas de actu, & habitu, quia etiam habitus supernaturalis repugnare a creaturis produci, etiam

etiam partialiter, id ei non repugnet, nec quatenus habitus præcisè, nec quatenus supernaturalis præcisè, sed ratione coniuncti ex utroque sic intelligit Doct. quol. 14. G. Ad ultimum concesso, Scot. discernere habitum supernaturalem à naturali, eo quod supernaturalis à solo Deo infunditur, hoc tamen debet intelligi cum limitatione, quam etiam locis citatis significat Doct. quod infundatur præter exigentiam nature, nam etiam anima rationalis à solo Deo infunditur, & tamen non est forma supernaturalis, quia non infunditur supra exigentiam nature, sed quamvis dicat Doct. per hoc habitum supernaturalem à naturali fecerit, non tamen dicit, rationem supernaturalitatis secundum substantiam in hoc præcisè consistere, quod res sic supernaturalis petat à solo Deo produci supra exigentiam nature, sed hoc sufficere ad supernaturalitatem; atque idem ex eo discrimine postea Doctore inter habitum naturalem, & supernaturalem non ritè deducitur de ratione entis supernaturalis secundum substantiam esse, quod à solo Deo fiat per creationem.

Quod vero attinet ad intentionem Doct. male probat ex 2. d. 2. q. 8. nullam formam supernaturalem educi de potentia subiecti, sed omnem creati, quia in ea questione nec verbum quidè habet de hac re; minus etiam candidè adducit bis in ea contr. 23. nempe in prima conclusione, & rursus in quarta locum ex 1. d. 17. q. 2. CC. tanquam ibi affererit dicat, actus supernaturales creati, quia supernaturalia non producantur in esse, nisi per creationem; hoc enim utriusque dicit, non tamen ex mente propria, sed ex intentione Magistri, cuius opinionem referre in eo dicitur, ad primam quæstionem dicitur, esse opinio Magistri, & referens tertium argumentum pro ea opinione dicit lit. CC. Præterea actus ille diligendi, qui est illius habitus supernaturalis, esset etiam supernaturalis, ita crearetur immediatè supernaturalia enim non producantur in esse per aliquam mutationem de aliquo, sed tantum per creationem, quibus argumentis pro opinione Magistri respondet postea inferit eadem qu. 2. §. ad argumenta pro prima opinione, que imponitur Magistro, que scilicet negat habitum supernaturalem gratificantem, & ad illud tertium in particulari respondens infra PP. ait. Ad tertium dico, quod actus ille non creatur, loquendo proprie de creatione, tum quia respectu eius concurrat aliqua causa secunda activa, creatio autem est solius agentis primi sine causa secunda, tum quia hic præsupponitur aliquid receptivum ipsius actus, puta voluntas, in creatione autem nihil susceptivum præsupponitur, quando igitur dicitur, quod omne supernaturale creatur, si concedatur de supernaturali, qui est actus secundus, quia ad ipsi concurrat potentia creata, & in ratione activi aliquo modo & in ratione receptivi, tamen potest dici supernaturalis ratione forme, siue habitus concurrerit ad eius productionem licet non immediatè creatur; ita ibi Doct. ubi videt, conceptis verbis docere illam propositionem in illo tertio argumento assumptam, omne supernaturale creatur, si concedatur de habitu supernaturali, non tamen concedendum esse de actibus, ubi etiam ponderandum est, quod de habitu loquitur conditionatè, què ibi dat intelligere nomine actus primi supernaturalis; ex quo rursus patet, quàm falso Auctor ille repetat tertio contr. 26. concl. 1. Scot. ubi loqui secundum propriam opinionem. Itaque intentio Doct. est, de facto actus supernaturales siue viæ, siue patrie non fieri per creationem; dixi de facto, quia de possibili fieri etiam possunt per creationem, sed per actionem à subiecto independentem, ut Scotus docet ibidem, §. ad primum de secundâ viâ, lit. QQ. agens de actu charitatis infuso à Sp. S. absque concursu voluntatis create; Quantum verò attinet ad habitus supernaturales fateor, Scotum inclinasse in opinionem communem, quod producantur per creationem, ut patet ex loco modo citato (licet conditionatè loquatur) & 2. d. 27. q. un. ar. 2. veridice principio affirmo, & dist. 37. qu. 1. §. eadem argumenta, & 4. dist. 1. qu. 5. §. ad p. quæstionem, & alibi frequenter, ut etiam dixi dist. 3. Physic. n. 77. licet multis in locis, ubi sic loquitur, in tantum dicat, habitus supernaturales per creationem produci, quatenus à solo Deo causantur, & infunduntur, nulla interveniente causa secunda, in ratione activi partialiter producentis, ut evenit in subiecto, non autem quia eam intendat excludere in ratione subiecti receptivi, & sustentativi, qui conversus sufficit ad excludendum creationem proprie dictam, prout importat actionem omnino subiecto & independentem, ut in præfati de ea loquitur, quod totum elegantè quoque notavit Smifinch. tr. 2. dist. 6. qu. 9. n. 2. §. 2. in fine.

ARTICULUS QUINTUS.

An visio Dei sit saltem connaturalis intellectui elevato.

93 Sicut, quia nequit intellectus creatus ex puris naturalibus videre Deum, ideo statuimus, visionem Dei esse supernaturalem secundum substantiam respectu intellectus in sua natura considerati; ita quoniam diximus, posse videre Deum per su-

pernaturalem elevationem, oritur dubitatio, an visio sit saltem connaturalis respectu intellectus, lumine gloria perfusi. & in statu elevationis considerato, & quidem communis opinio in schola Thom. est affirmativa, ita Cajet. 1. p. qu. 12. ar. 5. Suarez lib. 2. de attributis c. 17. Vasq. dist. 44. c. 2. Fafol. qu. 2. ar. 5. dub. 11. Aversa qu. 12. sect. 10. & alii Recentiores passim; fundamentum præcipuum, ait Fafolus, esse, quia visio est connaturalis lumini gloria, quod ex vi intrinseca natura suæ ordinatum est ad efficiendum supernaturalem illuminationem, & glorificationem, quæ est ipsa visio intuitiva summi boni; ergo est etiam connaturalis intellectui, ut subest huic lumini, in quantum scilicet intellectus illuminatus, siue ut unitus lumini gloriae connaturaliter perit elevari à Deo ad eisdem visionis productionem; sicut igitur hic actus dicitur supernaturalis intellectui, secundum se spectato, ita dici debet connaturalis intellectui elevato, ac lumine gloriae perlustrato.

Opposita sententia est Scoti 4. dist. 49. qu. 2. ar. 4. q. 12. lit. C. Respondeo, & dico, quoniam defendunt Vulpes dist. 2. ar. 12. Sghemita tr. 3. q. 12. & passim Scotistæ omnes, ac Molina qu. 12. ar. 5. dist. 1. ad 3. Fundamentum sumitur ex Scoto loc. cit. omnino oppositum fundamentum alterius sententia, quæ sicut dicebat, lumini convenire ex natura rei cõstitutus intellectus in tali statu supernaturalis, ut et naturaliter debeatur visio beatifica, ita inquit Doct. hoc ei tantum convenire ex ordinatione divina, non verò ex natura rei, quia si lumen, vel aliquis habitus præcedens visionem constitueret intellectui in tali statu, ut ei necessarium, & naturaliter deberetur visio, & præsentia objecti beatifici, tunc diceretur intellectus aliquo modo ex puris naturalibus vivere Deo, sicut si cecus miraculose illuminetur, tamen illuminatus semel postea naturaliter videt, cum habeat formam creatam, quæ naturaliter potest uti ad operationem illam; probatur consequentia, quia habitus luminis gloriae est aliquid creatum, quo semel posito in intellectu; diceretur deinceps intellectus operari naturaliter per illam formam, non autè supernaturaliter: Unde Doct. de natura luminis gloriae in ordine ad supernaturalem intellectum, ut Thom. loquitur, videtur eodem modo discutere, sicut discutitur de habitu gratiæ sanctificantis animam, sicut enim docet, hunc formalem effectum sanctificandi hominem non ei convenire ex natura rei, ea ratione, quæ talis qualitas est, sed tantum ex ordinatione divina, hoc eodem modo ait, lumini gloriae convenire formalem effectum supernaturalem intellectum in ordine ad visionem tantum ex ordinatione divina, non verò ex natura luminis, quatenus talis qualitas est; hoc quoque probari potest de lumine gloriae eisdem rationibus, quibus probari solet de habitu gratiæ, & planè Coninch. dist. 21. de charitate dub. 8. n. 114. quoad hoc eodem modo discutitur de habitu gratiæ, & lumine gloriae. Conf. quoque posito lumine in intellectu adhuc objectum beatificum respectu eius est supernaturale, ac liberum, & voluntariè movet, ut Doct. docet quol. 14. & 15. a. 2. siquidem nullum creatum intellectum, in quocumque statu ponatur, essentia divina movet per modum nature, seu objecti naturaliter movens; ergo semper liberè, & supra naturam essentia concurrat cum intellectu creato in nullo statu poterit esse visio illi connaturalis simpliciter, & absolute, seu ex natura rei, sed tantum secundum quid, & ex ordinatione divina. Demum lumen gloriae est omnino intellectui supernaturalem, ergo etià & visio est supernaturalis, ut in informata lumine gloriae; probatur consequentia, quia lumen gloriae tribuit intellectui ut constituitur in actu primo supernaturalem ad eliciendum visionem, ac quando alicui supernaturalis est actus primus, debet etiam illi esse supernaturalis actus secundus, alioquin si hic esset naturalis, & ille supernaturalis, sicut actus secundus non esset actui primo proportionatus, saltem autem fundamenti oppositè sententiæ patet ex cõtrario fundamento nostræ.

In oppositum obicit Aversa cum aliis, lumen gloriae est forma supernaturalis, atque eisdem ordinis est actus visionis, sed que sunt eisdem ordinis, sunt sibi proportionata, & connaturalia, ergo & c. Tum 2. quia non minore proportionem habet lumen ex natura sua ad eliciendum actum visionis simul cum intellectu, quàm habeat quæcumque potentia naturalis in suo genere, sufficiens ad actum sibi connaturalem; ergo sicut hic actus dicitur naturalis siue potentia, ita actus visionis intellectui illuminato. Tum 3. eatenus visio dicitur supernaturalis intellectui nostro, in quantum si spectata natura non habet vires sufficientes ad eliciendum actum visionis, sed requirit confortium superioris agentis, sed intellectus elevatus iam habet vires sufficientes, nec aliud requirit, nisi concursum generalem, omnibus effectibus naturalibus communem intellectui elevato, actus ille dici non debet supernaturalis, sed connaturalis. Tum 4. si intellectui elevato denegaretur Deus concursus generalem ad eliciendum visionis actum, certè non minus diceretur adhibere violentiam intellectui elevato, quàm cuiuscumque alteri cause expedite ad producendum suum effectum, cui subtraheret concursum generalem; sicut ergo cuiuscumque cause naturali expedite verè

connaturalis est productio sui effectus, ita intellectui creato connaturalis est actus visionis. Tum denique, quia si potentia operatur iuxta vires suas, operatio dicenda est ei connaturalis, sed intellectus elevatus, hoc est, tota virtus constata ex intellectu, & lumine gloriae planè iuxta vires suas elicit actum visionis; ergo sicut hic actus dicitur supernaturalis intellectui secundum se spectato, ita dici debet connaturalis intellectui elevato.

4. Resp. ad 1. indè potius sequi oppositum, si namque lumè est forma supernaturalis, & visio beata est eisdem ordinis cum ipso, sequitur, ipsam quoque esse supernaturalem, cuiuscumque cõparetur, siue intellectui secundum se spectato, siue lumine informato, quod enim est de se tale, cuiuscumque comparetur, semper est tale, undè ex hoc, quod sint eisdem ordinis, sequitur solum visionem esse proportionatam lumini, & intellectui illuminato, non autem naturalem, seu connaturalem, quia connaturalitas dicitur proportio inter aliqua duo ex natura rei exorta, quo pacto visio non proportionatur lumini, non enim est ei debita ex natura rei, ut calor igni, sed tantum ex ordinatione divina. Ad 2. negatur assumptum, quia lumen non connaturalizat intellectum in ordine ad visionem ex natura rei, & quatenus talis qualitas, quasi sit naturaliter ei debita in tali statu visio, & præsentia Dei objectiva, sed tantum ex vi decreti, quo statuitur exhibere essentiam præsentem in ratione objecti in intellectu creato, eo ipso quod lumine gloriae fuerit informatus; Ad 3. negatur minor, quia præter concursum generalem omnibus effectibus naturalibus debetur, requiritur concursus specialis essentia in ratione objecti, qui non est debitus intellectui etià lumine perfuso ex natura rei, & in ordine nature, sed tantum ex ordinatione divina, & in ordine gratiæ; & sicut in via cum voluntate gratia perfusa, & ad statum supernaturalem elevata adhuc concurrat Deus ad actum supernaturalem charitatis auxilio speciali, non tantum concursus generalis, ita & in patria nullum est incõveniens, Deum ultra generalem concursus præstare quoque concursus specialis intellectui elevato ad visionem eliciendam. Ad 4. eadem ratione negatur paritas de intellectu illuminato respectu visionis, & cuiuscumque alterius cause secunda respectu sui connaturalis effectus; concursus enim generalis debetur igni ad calefaciendum, vel comburendum, quia ignis vel calor ex natura rei, & ex sua naturali constitutione convenit actio calefaciendi, vel comburendi, quo quidem modo non convenit lumini gloriae supernaturalizare intellectum, & esse causam visionis effectivam, sed tantum ex ordinatione divina; atque idè non tantà violentiam pareret intellectus lumine perfusus, si ei denegaretur concursus ad visionem, quàm pareretur ignis, si denegaretur concursus ad calefaciendum, sic enim Deus disponeret aliquid cõtrà naturalem inclinationem facultatis, productivæ sui effectus, qualem non habet lumen ex natura sua in ordine ad visionem. Ad ultimum intellectus elevatus non dicitur per lumen habere vires sufficientes in ordine suo ad eliciendum visionem, quia lumen habet talem virtutem ex natura sua, sicut calor habet ad calefaciendum, sed talem virtutem non habet, nisi ex ordinatione divina, & suppositione divini decreti, quo Deus decrevit concurrere cum intellectu elevato, & lumine informato ad beatam visionem, quo sublatò decreto nulla talis virtus tenetur in lumine; & hinc est, quod beata visio nequit dici simpliciter connaturalis intellectui, etiam elevato, sicut calefactio dicitur connaturalis igni, sed tantum secundum quid, & in ordine gratiæ.

Deinde arguit alii, ratio ponendi lumen gloriae præcipue defumitur ex connaturalitate actionis, & ex modo connaturaliter videndi Deum; ergo posito lumine gloriae est simpliciter connaturalis intellectui illud habenti visionem efficere. Deinde videtur, atque adeo videtur nec est amplius supernaturale, quia lumen est naturalissimum principium videndi Deum. Conf. exemplo, sicut aqua præcisè acceptæ non est naturale calefacere, sic tamen ei connaturalis, cum calorem reperit, quia tunc habet calorem inherenter, tanquam principium naturale calefaciendi; ita etiam intellectui nudo sanè est supernaturale videre Deum, illuminato tamè est simpliciter connaturale. Præterea intellectus perfusus lumine ita connaturaliter videt, ut impossibile sit stare lumine non videre; ergo connaturalis est visio. Rursus visio beata exigitur ab intellectu habente lumen gloriae, ergo eo talem exigentiam debet dici connaturalis ei in tali statu. Tandem connaturalis est lumini coagere intellectui ad visionem, & quando sic agit, suo modo connaturali.

Respondet, etiam habitus sanctificantis gratiæ datur voluntati connaturaliter operetur meritorie, quatenus ipsi est principium proportionatum actus meritorii de cõdigno vitæ eterne, & tamen talis actus adhuc dicitur supernaturalis, voluntati gratia perfusa, & supernaturaliter ab ea produci, & ad hunc cum tali habitu indiget auxilio speciali per modum concursus ad talem actum eliciendum, distinguenda est ergo connaturalitas actum respectu suarum causarum in ordine gratiæ à connaturalitate eorundem in ordine nature, hæc enim est

connaturalitas simpliciter, & absolute, illa vero secundu quid tantum, & ex ordinatione divina, undè ut bene notat Vulpes hic nu. 8. etiam in ordine gratiæ quidam effectus dicuntur merè gratuiti, ut est prima gratia excitans, & preventivus; alii verò aliquo modo debiti, qui aliis in ordine nature sunt adhuc simpliciter indebiti; nonnulla enim Deus in hoc ordine operari efficaciter decrevit, ut sanctificare per gratiam habitualè peccatorem, cõsentientem Spiritus Sancti illuminationi, acceptare opera exilientem in gratia pro meritorius vitæ æternæ visionem efficere cum intellectu lumine perlustrato; hinc in tali ordine de communi lege saltem secundum quid prædicti effectus connaturales, seu debiti esse videntur causis existentibus in ordine gratiæ sic dispositis, sicut à Deo ordinatum est, ut rectè in hoc ordine aliqui effectus merè dicantur gratuiti, alii verò aliquo modo debiti; & in hoc eodem sensu connaturales in ordine gratiæ, qui si compententur effectibus productis in ordine nature, simpliciter gratuiti, & omnino supernaturales appellari debent, quia non habent aliquam habitudinem ad naturalem rerum constitutionem illos exsuperantem. Itaque ad primum negatur, lumen esse naturalissimum principium videndi Deum ex sua natura, quatenus talis qualitas est, est enim tale solum ex ordinatione divina, atque idè illa actio est connaturalis tantum secundum quid, & in ordine gratiæ, non verò simpliciter, & in ordine nature. Ad secundum negatur paritas ob rationem allatam. Ad tertium impossibile est non necessitate voluntariè exhibere seipsum præsentem in ratione objecti intellectui lumine perfuso. Ad quartum talis exigentia non est naturalis, seu ex natura rei exorta, sed ex ordinatione divina, atque idè sicut visio non est debita intellectui illuminato simpliciter, & in ordine nature, sed tantum secundum quid, & in ordine gratiæ, ita in eodem sensu tantum debet illi connaturalis. Ad ultimum patet dicendum, non esse lumini connaturale, ut sit id, quod videmus Deum ex natura rei, quod est unicum fundamentum oppositè sententiæ, nunquam tamen hæcenus probatum, sed tantum est ex ordinatione divina.

Hæc autem dicta sine in gratiam Scotitarum, illam sententiã 95 communiter sequentium; etenim absolute loquendo opposita quoque non minus probabilis est, fortasse non est questio nisi de nomine, nam ab utraque bene salvatur, visionem esse formam simpliciter supernaturalem intellectui secundum se considerato; pro qua sic argumentor, omni formæ debetur concursus ad producendum effectum, ad quem natura sua est determinata; sed lumen gloriae ex natura sua est productivum visionis Dei, ergo ei tenetur Deus præstare suum concursum, ergo visio respectu luminis immediatè erit connaturalis, & mediatè respectu intellectus affecti tali forma; maior patet inductio de omnibus formis naturalibus, quæ præterea habent concursum Dei debitum, quia ex se ordinatur ad talem effectum, quem producant; probatur minor, quia non potest assignari alius effectus, ad quem producendum ex natura sua inclinetur lumen gloriae præter Dei visionem. Quod si id negent Scotistæ, oppositè opinionis, incumbit eis assignare ad quem alium effectum producendum inclinet, ac determinet intellectum habitus luminis gloriae, cum nullum alium sciamus, ei correspondere in genere cause efficientis præter visionem; ergo non possumus præsumere sine fictione, quod ad alium effectum, quem ignoramus, ex natura sua inclinet. Conf. quia cæteri habitus supernaturales fidei, spei, & charitatis ex propria natura inclinant ad proprios effectus, quos producant, ut communiter asseritur; ergo idem dicendum de lumine gloriae; Tum quia licet Scotus doceat, gratiam iustificantem non facere hominem filium Dei adoptivum ex natura rei, alium tamen effectum ex natura sua ei convenienter assignat, ut suo loco videbimus; ergo etiam talis effectus nature luminis proportionatus assignari debet, nec alius assignari potest præter visionem. Neque hæc opinio aliena est à mente Doctoris, nam 1. d. 17. q. 2. §. ad argumentum pro opinione, ad 3. PP. ait, ita naturaliter se habere ad actum suum formam, quæ supernaturaliter producit, sicut se habet ad actum suum formam, quæ est merè naturalis, & immediatè post. Q. ait, Spiritum Sanctum cooperari voluntati habentis charitatem, quia Spiritus Sanctus omni causa; secundè generaliter coo peratur ad illi actum, ad quem secundum formam suam ordinatur, quo modo est diligere in solitudine habitata; si ergo gratia Dei generaliter concurrat cum voluntate habitata ad actum supernaturalem; ergo actus supernaturalis est connaturalis, & exigens ab habitu, ac subinde, à potentia medio habitu, aliàs non esset concursus generalis, sed specialis, & indebitus, si ab habitu non exigeretur, & non minus miraculosum esset, Deum concurrere cum voluntate sine habitu, atque cum habitu, ergo similiter visio Dei secundum Doctorem erit naturalis intellectui lumine perfuso, cum concursus ad illam sit exigitus ab habitu, & illi debitus secundum legem generalem; & quamvis generalitas divini concursus cum potentia habitata habitu supernaturali à Scoto posita possit explicari

